

Werk

Titel: Ein Brief über die Geschichte des Friedens von Venedig (1177)

Autor: Röhricht, Reinhold

Ort: Hannover

Jahr: 1892

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530_0017|log60

Kontakt/Contact

[Digizeitschriften e.V.](#)
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

Ein Brief über die Geschichte des Friedens von Venedig (1177).

Mitgetheilt von Reinhold Röhrich.

Auf der öffentlichen Bibliothek von Mons findet sich im Anhang zu den 'Annales de l'abbaye de Saint-Ghislain' des Dom Augustin Durot auch ein Katalog der früher im Besitze dieses Klosters befindlich gewesenen Handschriften (von Dom Pierre Baudry) und darin fol. 198, n. 312 unser bisher noch unedierter Brief verzeichnet, welcher mit mehreren anderen Actenstücken aus jener Bibliothek in den Besitz des Herrn Alphonse Wins in Mons übergegangen ist. Der um die Geschichte des Benedictinerordens hochverdiente Herr P. Dom Ursmar Berlière O. S. B. in Maredsous (bei St. Gérard in Belgien) hatte die dankenswerthe Güte, dem Herausgeber eine sorgfältige Copie zu überlassen und deren Veröffentlichung zu ermöglichen.

Philippus, dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister, dilecto amico suo R[adulfo], venerabili Leodiensi episcopo, salutem et sincere dilectionis affectum. Leticia et exultatio, que de facta iam pace ecclesie dei replevit orbem terre, illa manifeste nobis ostendit, quod eterna et incommutabilis dei providentia conditoris sanctam et immaculatam ecclesiam suam a sue foundationis exordio ea ratione voluit et ordine gubernari, ut unus eius pastor institutor existeret, cui universi ecclesiarum prelati absque repugnantia subiacerent et membra tanquam suo capiti coherentia ei se mirabili quadam unitate coniungerent et ab illo nullatenus dissiderent. Qui enim apostolis suis pro eorum fidei firmitate promisit dicens: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi (Matth. 28, 20), ille procul dubio ecclesiam suam, cuius ipsi apostoli magisterium assumpserunt, sua promissione fraudari nullomodo patietur, sed eam in suo statu et ordine, licet ad instar navicule Petri fluctuare aliquando visa sit, perpetuo tamen faciet permanere. Unde in vigilia beati Iacobi apostoli (24. Iul.), gratia sancti spiritus paracliti pacem relinquens nobis pacem suam dans nobis (cf. Ioh. 14, 27), diem illum

gloriosum fecit et exaltavit memoriam illius in generationem seculorum. Dominus enim imperator cum maximo et speciosissimo navium apparatu et iocundo occurso nobilium terre die illo circa solis ortum a Venetis honorifice est susceptus et ad desideratissimam universe gentis expectationem super omnem antecessorum suorum gloriam magnifice est in civitatem deductus. Ubi dominus Alexander papa die eodem sollempni habita processione ante ecclesiam beati Marci eius expectabat adventum. In qua utique processione sexaginta fuerunt episcopi, inter quos et a quibus magnus et specialis honor Coloniensi ecclesie gratia dei est exhibitus. Cum itaque dominus imperator ad atrium beati Marci applicuisset, ecce peracta occurrit ei tota processio susceptusque est ibi cum laudibus et preconiis illius, qui dat salutem regibus. Ipse vero cum debita et sancta humilitate ad dominum Alexandrum papam procedens recepit eum in unicum et spiritualem patrem, ac in osculo pacis et dilectionis ipse ab eodem domno papa in filium et Romane ecclesie defensorem ibidem est receptus. Omnes quoque archiepiscopi et episcopi regni Theutonici, qui aderant, eidem domno pape subiectionem fecerunt die illo, eum in spiritualem patrem sibi elegerunt. Die illo inconsutilis Christi tunica ab omni scissione solidata rediit ad integralitatem, ut tunica sponsa Christi eius integra unitate circumdetur, pro qua sponsa sua quia ipse idem Christus in substantia nostre mortalitatis apparuit, ut eam sibi non habentem rugam aut maculam (Ephes. 5, 27) exhiberet, optata illam de cetero faciet tranquillitate letari, quia procellarum omnium inundatione sedata nichil est, quod eam iam possit turbare, ut unicus sponsus eius voluit iam modo nubilosa queque et noxia propulsare. Vos igitur cum universalis ecclesie filiis exultate et domino deo huius pacis auctori pro hac salutari unitate gratias agite et laudate nomen eius benedictum et sanctum in donis et operibus suis scientes, nos de labore corporis nostri et de rerum expensa pro hoc peracto negotio plurimum gaudere. Nec de vestra discretionem et honestate diffidimus, quin vos quoque nobis in hoc iuste congaudere debeatis, presertim cum nos pro vobis et pro ceteris suffraganeis metropolis nostre et eorum ecclesiis tanquam pro nobis ipsis et pro nostra ecclesia in pacis huius tentatione efficaciter et fructuose steterimus. Iuxta hec sciatis, quod threuge inter dominum imperatorem et regem Sicilie ad XV annos et inter dominum imperatorem quoque et Lombardos ad VI sunt date et firmate. Captivi quoque omnes ex utraque parte de captivitate absolventur. Ceterum si quid restat vobis significandum, inde nos ipsi plenius vos certificabimus. In brevi enim prestante domino ad vos cum prosperitate revertemur et iocundam apud vos mansionem faciemus. Vale.

Derselbe Codex enthält ausserdem mit sehr geringen Varianten des Templerpraeceptors Terricus Brief (Aug. 1187) über die Niederlage des Christenheeres bei Hittin, und zwar in einer bisher unbekanntem Ausfertigung an den Grafen Philipp von Flandern; wir kannten ihn bisher nur unter der Adresse 1) an Urban III. (Annal. Colon. max. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 793; Chron. regia Colon. p. 137—138), 2) an alle Praeceptoren und Brüder des Templerordens (Bened. v. Peterbor. II, p. 13—14; Rog. de Hovedene II, p. 324—325; Gervas. Cantuar. I, p. 375; Chron. Magni presbyt. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 507—508; auch in Baronius. Annal. 1187, n. 4 und Migne, Patrol. lat. CCI, p. 1408—1409, n. 4) und 3) an alle Christen (Radulf. de Diceto II, p. 49—50).
